

tio potest esse sufficiens, nisi ea quæ est connaturalis et adæquata ipsi Deo in perfectione intensiva, d. 25, s. 3.  
 Comprehenditur tunc aliquid, quando ita videtur ut nihil eorum, quæ in ipso sunt, videntem lateat, ib.  
 Comprehensio omnium quæ in Deo sunt eminenter, etiam sine infinita intensione et claritate impossibilis est, ib.  
 Comprehendi non posset Deus a Christo, etiam si ille per scientiam infusam omnes effectus posibles cognosceret, s. 4.  
 Comprehendi non potest Deus per dona gratiæ.

## COMPOSITIO. COMPOSITIO CHRISTI.

Compositio nulla est inter actus humanæ et divinæ voluntatis Christi, d. 4, s. 4.  
 Compositio quotuplex sit substantialis, d. 8, s. 2.  
 Est quadruplex, ib.  
 Compositio non necessario requirit partes, d. 6, s. 2.  
 Quæ sit compositio in unione hypostatica, ib.  
 Et ex quibus, ib.; latius, d. 7, s. 4.  
 Compositio hæc non solum est unius cum alio, sed etiam unius ex multis, ib.  
 Compositio in re nulla potest esse unius cum alio, quin sit etiam compositio unius ex his, ib.  
 Asserentes in hac compositione Verbi et humanitatis non intrinsece includi humanam naturam, sed solum extrinsece, valde errarunt, ib.  
 Compositum resultans ex hac compositione est persona, non alia a persona Verbi, a quo distinguitur aliquo modo, ib.  
 Compositum resultans ex unione humanitatis ad Verbum, licet temporale sit et factum, non tamen persona temporalis aut facta dici potest, ib.  
 In compositione hoc totum compositum non est perfectius intensive suo componente, ib.  
 Quid sit de ratione compositi ut sic, ib.  
 Compositum ex Verbo et humanitate est quid creatum, s. 5.  
 Compositio ex partibus integralibus qualis, ib.

## CONCILIUM.

Concilii Nicæni II locus difficilis declaratur super adoratione imaginum, d. 54, s. 5.  
 Concilium Francofordiense legitimum esse defenditur, d. 49, s. 3.  
 Et auctoritatem habuisse ad stabilendam certam fidem, ib.  
 Concilio Francofordiensi prout in tertio tomo Conciliorum habetur, licet non possit infallibilis auctoritas tribui, esset tamen valde temerarium ab illo dissentire, et apocryphum reputare, ib.  
 Concilium Francofordiense a variis calumniis acriter vendicatur, ib.  
 Concilii Francofordiensis sensus definitionis de filiatione Christi aperitur, ib.  
 Eiusdem mens de Christi servitute perpenditur, d. 44, s. 1.  
 Concilium Francofordiense definivit veritatem fidei de imaginum adoratione, et Nicæne Synodo consensit, d. 54, s. 4.  
 Nec contra hoc posse sumi firmum argumentum ex historiis, ostenditur, ib.  
 Concilii Elibertini canon exponitur erga reliquiarum venerationem, d. 55, s. 2.

Concilii Senonensis testimonium adducitur circa adorationem imaginum, d. 54, s. 5.  
 Concilii Moguntini difficilis locus de eodem argumento elucidatur, ib.  
 Concilii Tridentini locus expenditur, sess. 6, c. 7, ubi sic inquit: *Hanc dispositionem justificatio ipsa consequitur, etc.*; et probatur contra aliquos loqui de perfecta dispositione, d. 4, s. 8.  
 Concilii Trident. canoni 3, sess. 6, exponitur, qui sic habet: *Si quis dixerit, sine prævenienti Spiritus Sancti inspiratione, atque adeo sine ejus adjutorio hominem credere, sperare et diligere, aut penitere posse sicut oportet, ut justificationi gratia conferatur, anathema sit, ubi Concilium loquitur de dilectione perfecta, quam prærequirit ut dispositionem ad justificationem, ib.*  
 Concilii Tridentini, sess. 5, cap. 1, locus expenditur, ubi definit, *Adam, transgrediendo mandatum Dei, justitiam et sanctitatem, in qua constitutus fuerat, amisisse. Ex quo habetur justitiam et sanctitatem esse omnino idem, ib.*  
 Concilii Tridentini, c. 7, locus exponitur, qui habet, sanctificationem et justificationem includere remissionem peccati. Ex quo colligitur, contritionem, quæ disponit ad justificationem, disponere etiam ad remissionem peccati, ib.  
 Eiusdem Concilii, sess. 14, c. 4, ad eandem rem alius locus adducitur, ubi, agens de contritione, dicit fuisse omni tempore necessariam ad impetrandam veniam peccatorum, et preparare hominem ad eorundem remissionem. Docet ergo contritionem non esse tantum dispositionem ad habitualement gratiam et justitiam, sed etiam ad remissionem peccati, ib.

Idem locus latius exponitur ad probandum remissionem peccati esse opus gratiæ distinctum a contritione, ib.

Concilii Tridentini, sess. 6, c. 8, locus diligenter exponitur, ubi docetur remissionem peccati et justificationem non esse idem, d. 7, s. 4.

Concilii Tridentini, sess. 6, c. 8, expenditur locus, ubi docetur remissionem peccati esse donum omnino gratis datum a Deo et non ex operibus, d. 4, s. 9.

Concilii Tridentini locus exponitur, de modo adorationis imaginum, d. 54, s. 5.

## CONCUPISCENTIA.

Concupiscentiæ repugnantiam non sentire proprium fuit Christi, sed communicatum B. Virgini, d. 34, s. 2.  
 Concupiscentiæ sanctæ seu honestæ actus in Christo fuit, ib.

## CONSTANTINUS IMPERATOR.

Constantini Magni erga Sanctorum reliquias pietas qualis, d. 55, s. 2.  
 Constantinus statim ac fidem accepit, Romanorum vexillum in Crucem Christi mutavit, d. 56, s. 2.

## CONTACTUS CHRISTI.

Qualis sufficit ut reddat rem adorabilem, d. 54, s. 3.  
 Contactus Christi per se est sufficiens causa adorationis, sed non semper expedit ea uti, ib.

## CONTRITIO.

Contritio est ultima dispositio ad gratiam et justitiam, d. 4, s. 7; et latius, s. 6.

Contritione posita in homine statim ab illo expellitur peccatum, d. 4, s. 7.  
 Contritionem ita expellere peccatum, sicut lux expellit tenebras, est quorundam opinio, s. 8.  
 Contritio perfecta est ultima dispositio ad remissionem peccati, ib.  
 Contritionis formalis effectus non est remissio peccati, ib.  
 Contritio nullo modo est satisfactio ad æqualitatem pro peccato, s. 9.  
 Contritio, ut est dispositio ad primam gratiam, et remissionem peccati, procedit ab homine nondum grato, nec libero a peccato secundum ordinem naturæ, ib.  
 Contritio est satisfactio imperfecta pro peccato, s. 10.  
 Contritio vel dilectio Dei est opus maxime proportionatum ad satisfaciendum ex justitia et ad æqualitatem pro peccatis venialibus, s. 11.  
 Contritio qua ratione sit dispositio moralis ad gratiam, d. 10, s. 2.  
 Juxta contritionis mensuram infunditur gratia, et fit peccati remissio, ib.

## CONVENIENS.

Conveniens late sumptum idem est quod bonum, d. 2, s. 4.  
 Conveniens Deo idem est quod bonitati ejus consentaneum, ib.  
 Quomodo non fuerit conveniens, Deum fieri leonem, ib.  
 Conveniens nihil potest esse Deo propter ipsius commoditatem, ib.  
 Conveniens duobus modis sumitur, et quibus, ib.

## CORPUS CHRISTI. CORPUS HUMANUM.

## CORPUS.

Corpus Christi in triduo mansit sine anima, ei tamen hypostatice Verbum fuit unitum, d. 14, s. 2.  
 Corpori Christi in illo triduo unitum est Verbum ratione materiæ, non ratione formæ, s. 3.  
 Corpus Christi non fuit confectum ex materia seu substantia cœlesti, ib.  
 Corpus Christi fuisse phantasticum, qui hæretici dixerint, d. 15, s. 2.  
 Corpus verum Verbum divinum assumpsisse et humanum, ac ejusdem materiæ cum nostro, probatur, ib.  
 Corpora esse mala ex natura sua Manichæorum error fuit, s. 3.  
 Corpus integrum et omnibus suis partibus constans, Verbum assumpsit, s. 4.  
 Cujus omnes partes secundum hypostasim immediate Verbum assumpsit, ib.  
 Corporis quædam partes informantur anima rationali, et quædam non, ib.  
 Corpus Christi eodem tempore fuit formatum et animatum, s. 8.  
 Corpus Christi non fuit prius tempore unitum Verbo quam anima, d. 16, s. 3.  
 Nec prius Verbo quam animæ, ib.  
 Corpus Christi cur sine anima mansit unitum Verbo in triduo, et non in conceptione, ib.  
 Corpus seu caro Christi assumpta est medianæ animæ id est ratione animæ et in ordine ad animum, d. 17, s. 3.  
 Corpus humanum sanctificari dicitur, quando red- datur aptum ad opera sanctitatis, s. 6.

Corpus Christi per externos actus habilis reddi potuit ad externos labores perferendos, d. 19, s. 2.  
 Corpori Christi gloria fuit debita a principio conceptionis, sed dilata est propter salutem nostram, d. 25, s. 1.  
 Corpus duo loca replere potest, et duo corpora in uno loco esse possunt, d. 31, s. 5.  
 Corporis defectus quos Christus assumpsit, qui s. 9.  
 Corpus passibile, licet humanum, Christum assumpsisse hæretici quidam negaverunt, ib.  
 Alii, corpus grave, ib.  
 Corpus passibile Christum assumere expediens fuit, ib.  
 Corpori Christi claritas communicata est in transfiguratione quæ est dos corporis gloriosi, sicut, dum ambularet super aquas, agilitas, d. 32, s. 1.  
 Corporis defectus, qui sunt veluti naturales proprietates corporis passibilis, Verbum assumpsit, ib.  
 Corpus humanum perfectum et bene dispositum juxta conditionem suam, Verbum assumpsit, s. 2.  
 Corpus Christi habuit optimum temperamentum, ib.  
 Et perfectam corporis pulchritudinem, quam in corpore humano et virili esse decebat, ib.  
 Corpus Christi futurum est veluti objectum beatitudinis corporis nostri, ib.  
 Corpori humano non repugnat usque ad mortem absque ægritudine pervenire, ib.  
 Corpus Christi naturæ legibus non paruisse, sententia hæretica, in quo sensu, d. 32, s. 3.  
 Corpus Christi esse ubique, est hæresis nostri temporis, ib.  
 Corpus Christi fuit et est loco circumscriptum, ib.  
 Corpus Christi solum est in cœlo, et in Eucharistia, ib.

## CREATURA. creatio, CREARE.

Creaturæ omnes per incarnationem quoddam beneficium acceperunt, d. 3, s. 3.  
 Creatio animæ Christi, et unio ejus ad Verbum, distinctæ sunt actiones, d. 8, s. 1.  
 Creatura non potest concurrere ad mysterium incarnationis, tanquam causa principalis, d. 10, s. 1.  
 Creatura nulla potest sua virtute ordinem rerum immutare, ib.  
 Creatura potuit assumi ut instrumentum ad efficiendam incarnationem, ib.  
 Creaturam ullam præter Virginem de facto ad hoc mysterium concurrisset per modum instrumenti, dicere erroneum est, ib.  
 Creatura a Deo differt quod non sit suum esse, sicut ille, d. 11, s. 1.  
 Creaturæ a Deo manant prout unus est, ib.  
 Creaturam irrationalem Deo uniri hypostatice non repugnat, non est tamen congruum, d. 13, s. 4.  
 Non tamen est semper indecens, ib.  
 Inter creaturam et Deum quale medium reperitur, d. 15, s. 8.  
 Creatio ex naturali sua efficacia habet ut terminetur ad rem subsistentem nisi præveniatur, d. 17, s. 1.  
 Creaturam esse infinitam tam in essentia, quam in quantitate vel intensione repugnat, d. 22, s. 1.  
 Creaturam ita esse capacem gratiæ usque ad certum gradum, ut de potentia absoluta majorem non possit recipere falsum, s. 2.  
 Creaturarum omnium caput Christus dici potest, d. 23, s. 1.  
 Creatura virtute naturali potest comprehendere naturalem perfectionem et potestatem alterius, non

autem capacitatem obedientialem, d. 26, s. 1.  
Potest tamen id virtute supernaturali, ib.  
Creaturæ videntur in Deo, quia Deus cognitus est ratio cognoscendi illas, s. 3.  
Creaturæ communicari potest modus vivendi futura per supremam scientiam creatam, non per inferiorem, d. 27, s. 2.  
Creare se ipsum nullus omnino potest, d. 30, s. 2.  
In creaturis potentia obedientialis activa et passiva reperitur, d. 31, s. 5.  
Creatura non dicitur vere elevari ad esse cum creatura, s. 6.  
Ad creaturæ debitam subordinationem et subjectionem ad Deum spectat, ut in se habeat fundamentum per quod possit obedire Deo ad effectus supernaturales, ib.  
Creatura præcise considerata secundum eam entitatem quam habet per suam creationem, est subjecta suo creatori, absque eo quod ab illa intelligatur dimanare aliqua virtus vel modus a quo habeat talem subjectionem, id.  
Creatura agens per potentiam obedientialem, agit ut instrumentum, et non ut causa principalis, ib.  
Creaturam esse posse instrumentum creationis, late disputatur, ib.  
Et concluditur, s. 9.  
Creaturæ, quales nos sumus, qualiter a Christo differat, d. 35, s. 4.  
Creatura esse potest objectiva ratio alicujus decreti liberi voluntatis divinæ, d. 41, s. 4.

CRUX CHRISTI VERA, ET PICTA.

Cruci, aliisque passionis Christi insignibus, adoratio debita, d. 56, s. 1.  
In crucis laudem multa, s. 2.  
Cruci Christi debita adoratio qualis, ib.  
Crucis usus, quem Catholica Ecclesia semper tenuit, honestus et religiosus, ib.  
Crucis erectio signum expulsiæ idololatriæ, ib.  
Inter crucem et reliqua passionis Christi instrumenta quoad cultum differentia, ib.  
In crucis cultu Armenorum superstitio, ib.  
Signi crucis usus quædam fidei professio, ib.  
Virtutem habet contra dæmones non in sola devotione et merito operantis, sed in divina ordinatione, propter Christi merita, fundatam, ib.  
Signi crucis usus valet etiam ad impetrandum aliquid a Deo, ib.  
Crucis signum quam laudabiliter Christi fideles ad suas actiones præmittant, ib.  
Crucis signum habet omnes utilitates quas imagines, et de ejus adoratione eo modo quo de adoratione imaginum, sacrorumque nominum sentiendum est, ib.  
Cultus et veneratio idem fere quod honor significant, et eodem se habent ad adorationem, s. 51.  
Vide Latria, Dulia, Adoratio, Religio.

## D

## DÆMON.

Dæmon non potuit naturali virtute incarnationem cognoscere, d. 3, s. 2.  
Dæmon in peccatorem potestatem habet, quia ipsum punire et in infernum deducere potest, d. 4, s. 3.  
Dæmon mundi imperio per idololatriam potiebatur, quod ei per Christum ablatum est, ib.

Dæmon malorum hominum est caput, d. 23, s. 2.  
Dæmonem imitantur quidam ex suggestione, quidam propria sponte, ib.

## DAMNATI.

Damnati nullum ex meritis Christi fructum recipiunt, d. 22, s. 2.  
Damnatum viator in intensione et multitudine malitiæ superare potest, d. 23, s. 2.

## DEBITOR. DEBITUM.

Debitor Deus esse potest non simpliciter, sed ex suppositione promissionis, vel alicujus pacti, d. 4, s. 5.  
Debitum ut sic importat ordinem exigentiæ vel necessitatis, ib.  
Debitorum in solidum ejusdem rei cui plures esse possint, non autem domini, s. 6.  
Debitor solvens uno titulo justitiæ, etiam alio titulo debita solvere potest, ib.  
Debitor justitiæ si multiplicentur, augetur res ipsa quæ debetur, ib.  
Debito connaturalitatis adjungi potest debitum justitiæ, d. 10, s. 4.

## DEFECTUS.

Defectus eos Christus tantum assumpsit, qui ad finem incarnationis utiles esse poterant, d. 32, s. 1.  
Qui fuerint, s. 2.  
Defectus hi respectu naturæ humanæ elevatæ ad unionem sunt privationes, s. 1.  
Defectus naturales Christus necessitate quadam patiebatur, et quomodo, s. 3.  
Nihilominus voluntarii fuerunt Christo, etiam secundum voluntatem humanam, ib.  
Defectus animæ qui sint, et quomodo in Christo locum habere potuerint, s. 4.

## DEPENDENTIA.

Dependentia duplex modus, d. 8, s. 1.  
Differentia inte hos duos modos, ib.  
Dependentia humanitatis a Verbo quid sit, et an distinguatur ab unione hypostatica, s. 3.

## DEUS. DEITAS.

Deus plus homini concedit quam ipse petat, d. 1, s. 2.  
Deus se communicat modo perfectissimo ad intra, d. 2, s. 4.  
Deus beatus sese communicat modo minus perfecto quam in unione hypostatica, ib.  
Deus et humana natura proportionem habent, ut ex eis una persona constituitur, ib.  
In Deo non est potentia obedientialis, sed quidquid in eo est, est naturale, ib.  
Deus in omnibus suis operibus est liber, etiam in opere redemptionis, d. 4, s. 1.  
Deus duobus modis redimere hominem potuit, ex misericordia, et ex justitia, s. 2.  
Deus nec mutari nec mendax esse potest, ib.  
Potuisset salva utraque perfectione hominem gratis a culpa liberare, ib.  
Dei offensi placandi diversa ratio esse debet, a ratione qua homo offensus placatur, ib.  
Deus in rebus finitis, quacunque facta, potest facere meliorem, excepto opere redemptionis, ib.  
Deus in rebus omnibus non facit quod convenientissimum est absolute, ib.

Facit tamen omnia convenientissime ad finem intentum, d. 4, s. 2.  
Deus cur noster redemptor esse debuerit, etiam si purus homo ex Dei acceptatione nos redimere potuisset, s. 3.  
Deo nullus pro beneficiis acceptis æquivalens reddere potest, sed persona increata Christus, et pro beneficiis acceptis condignas gratias, et pro hominum offensis sanctificationem condignam offerre potuit, s. 4.  
Deus potest præmiare totum quod Christus potuit mereri, ib.  
Deus de potentia absoluta potuit non acceptare satisfactionem Christi, s. 5.  
Deus posita promissione et pacto, debuit ex justitiæ obligatione acceptare Christi satisfactionem, ib.  
Deus obligatur ex justitia ad solvendum præmium meritis justorum, ib.  
Quomodo possit esse debitor ex promissione, ib.  
Deus proprie et vere exercet actum judicii, cum bonis præmium tribuit pro meritis, ib.  
Deus solvit debita ex justitia distributiva, ib.  
Deus ut Deus non est principium valoris satisfactionis Christi, sed Deus quatenus alienam naturam sustentat, s. 6.  
Deus plures intelligere qua maxime ratione sit impossibile, ib.  
Deus posset de potentia absoluta conservare habitus physicis gratiæ et charitatis in homine peccante mortaliter, s. 8.  
Imo et peccatori denuo infundere prædictos habitus, s. 9.  
Deum non denegare gratiam facienti quod in se est, quomodo sit intelligendum, ib.  
Quæ ex Dei voluntate proveniunt super omne debitum creaturæ, sola revelatione innotescunt, s. 12.  
Deus an prius voluerit res esse in esse naturæ, quam in esse gratiæ et gloriæ, d. 5, s. 1.  
Deus sæpe ordinat res in extrinsecos fines, ib.  
Nihilque in eis necessario imprimi, ib.  
Deus denominatur ordinans aut volens aliquid extra se, non ob extrinsecam mutationem quæ in objecto fiat, sed ab intrinseca notione quæ in Deo est, ib.  
Quomodo hæc denominatio intelligi possit in Deo absque reali additione intrinseca, unum est ex divinis mysteriis, quod humana ratione declarari nequit, ib.  
Deus eodem actu secundum rem vult finem ut exequendum per illa determinata media, per quæ in re ipsa illum exiquiretur, ib.  
Deus rem ut futuram non potest cognoscere, nisi prius videat suam voluntatem eam ordinantem aut permittentem, s. 2.  
Deus in primo signo, et in prima voluntate qua voluit unionem hypostaticam, voluit illam determinare in tali persona et in natura, ib.  
Deus non prius circa universales rationes versatur, et deinde circa particulares, ib.  
Deus non prius secundum rationem ordinavit ad gloriam homines in communi, et postea hos in particulari, ib.  
Deus non prius voluit Christum venire passibilem et mortalem, quam voluerit permittere peccatum, s. 3.  
Deus, quia prævidit peccatum futurum, ideo voluit carnem Christi esse passibilem, ib.

Non vero, quia Deus voluit carnem Christi esse passibilem, ideo peccatum permisit, d. 5, s. 3.  
Deus cur et quomodo personam suam naturæ humanæ communicare decreverit, s. 5.  
In Deum nihil potest converti per omnimodam mutationem seu substantiationem, d. 6, s. 2.  
Deitas non potest esse forma corporis, neque spiritus, ib.  
Deus est ens simplicissimum, pluresque in se habet unitas perfectiones, quæ in nobis divisæ sunt, ib.  
Dei nomen supponit pro essentia nisi ex adjuncto determinetur, ut supponat pro persona, d. 41, s. 3.  
Deus ut prædicatur de tribus personis, est quid subsistens commune illis, ib.  
In Deo nihil est absolutum et essenziale, quod per summam identitatem non sit communicabile tribus personis, ib.  
Deus ex vi suæ absolutæ existentie habet subsistere, ib.  
In Deo quidquid essenziale est, est idem numero in tribus personis, ib.  
Deitas ex vi suæ absolutæ subsistentie non est persona, ib.  
Et cur, s. 5.  
Hic Deus ex vi solius individui conceptus non requirit subsistentiam communem absolutam, s. 4.  
Hic Deus sicut existens, ita et subsistens intelligitur abstractis per intellectum subsistentiis relati-vis, s. 5.  
In hoc Deo possunt præintelligi actus essentielles, non notiones, ib.  
Deus est speciali modo, ubi specialiter operatur, d. 12, s. 1.  
Deus per subsistentiam absolutam potest assumere naturam creatam, d. 13, s. 1.  
Si hic Deus naturam humanam assumpsisset, quomodo hic homo esset persona, ib.  
Deus intra se habet omnem perfectionem sibi connaturalem, et infinitam vim communicandi se creaturis, s. 3.  
Deus quot et quanta possit facere supra naturæ ordinem, s. 4.  
Deus non assumpsit hominem, ib.  
Deum esse incomprehensibilem creata cognitione, de fide certum est, d. 29, s. 2.  
Deus qua ratione dicatur invisibilis, s. 3.  
Deus videndo seipsum, videt omnia quæ in ipso sunt, et potest participationem illius scientiæ creaturæ communicare, ib.  
Deus et creaturæ quomodo eodem actu videntur, ib.  
Deus continet creaturas eminenter tanquam perfecta causa earum, ib.  
Deus eo perfectius videtur, quo plures effectus in eo videntur, cæteris paribus, ib.  
Deus quomodo loquatur, d. 27, s. 2.  
Deus, cum loquitur, quomodo possit ostendere evidentem se esse qui loquitur, non manifestando clare se ipsum, ib.  
Deus solus est causa principalis gratiæ, d. 31, s. 4.  
Dei substantialis virtus seu qua in Deo existit non conjungitur per se ipsam formaliter, et intrinsece instrumento suo in ordine ad operationem, s. 6.  
Dei imperium etsi efficacissimum sit, supponit tamen vel confert creaturæ potentiam præstandi id quod imperatur, ib.